

mortali redderet sterilis, in fecunda. Videndum nunc esset, per quid fecundetur ut fiat terra bona, in qua semen proiec- tum fructificet centuplum, sed temporis breuitas iubet alteri sermone referuare.

**DOMINICA IN QVIN-
quagesima Sermo I. in or-
dine. XXIII.**

QVI præbant, increpabant eam, ut taceret. Luc. 18.

Lamentabile damnum, & terribile omnibus salutis suæ cupidis plâgendo nobis commemorat sancta mater ecclesia his diebus, casum. s. primorum parentum, qui ita in propagine inualuit, ut licet omnes homines, ad imaginem Dei facti sint, ut æternam adipiscantur salutem (secundum illud 1. ad Timo. 2. Qui vult omnes homines saluandos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.) Pauci tamen ex plurimis eam adipiscuntur. Certissimiq; ac verissimū experitur illud. Mat 7. Lata est porta, & spaciofa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quam angusta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci, qui inueniunt eam. Neque hoc ad multitudinē infidelium, & paucitatem credentium referendum dumtaxat putemus, sed de credentibus, qui christiani dicuntur, verissimum esse facile perpendi potest. Cū enim nemo saluari possit, nisi qui recte ambulat secundum veritatem euangelij. Non enim omnis, qui dicit, domine, domine (ait veritas) intrabit in regnum cælorum, sed qui audit verba hæc. s. euangelica, & facit ea, vbi supra. Mat. 7. Manifestum quoque sit paucos esse christianorum, qui sic ambulant, dubium esse non potest paucos puehi ad salutem. Paucitatem autem sic ambulantium lamentatur Chrys. li. 1. de compunc. cor. ita dicens, Si quis extrinsecus vnde cunq; adestet, ac præceptorum Christi, & nostre conuersationis confusionem, ac perturbationē

videret nescio, si alios magis vltos, quā nos inimicos esse, & contrarios præceptorum Christi iudicaret, & quasi studium quoddam habuerimus contra in omnibus gerere, quæ ille mandauit. Et beatus Bern. sermone de conuersione sancti Pauli, Videbatur, inquit, iam cessasse persecutionis tempus, sed ut palā factum est, nunquam deest christiano persecutio, sed nec Christus. Et sequitur, Coniurasse videtur aduersus te vniuersitas populi christiani. Christum persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur, à minimo vsque ad maximum, à planta pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo vlla, Hæc ille. Hoc memorie nostræ ecclesie intulit, dum in euangelio dominicæ in septuagesima nos tremendam hanc vocem audire facit. Multi sunt vocati, pauci vero electi, similiter id ipsum in euangelio dominicæ sexagesime designat, dum feminis verbi Dei (sine quo fructum beatitudinis nemo consequitur) tantum quartā partem fructificare, tribus partibus in via, terra petrosa, & inter spinas receptis pereuntibus denotauit, Hoc etiam euangelium hodiernum designat dum vnum ad viam salutis tendentem, & ut illuminari mereretur voce magna clamantem multitudinem non extraneorum, sed Christo adhærentium impediuit. Nam qui præbant, increpabant eum ut taceret. De quo pro gratia. Aue ma.

Primò recitabitur euangelium cum summaria declaratione. Secundo elicitur doctrina cum exhortatione.

In euangelio præter miraculum ad literam factum paucitas christianorum saluam consequentium allegoricè designatur, conuersionisq; eorundem principium, & progressus. Primum in eo, incipiat quod inter multos vnus duntaxat verū & pro-lumen petiit, & hunc in sua petitione prætereuntium multitudo suis increpationibus perturbauit. Et qui fuerunt præcedentes euntem Christum? Vtiq; christiani, sed nomine tantum, non opere, & veritate. Nam nisi verbo Christū faterentur, non illi adhærent, non cū illo ambularent. Si opere illi consequerentur,

In illuminatione cæci paucitas saluandorum præponitur.

Conuersio nostra